Quelle: https://manuscripta.at/?ID=908
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



absconditur etiam in mentis
secretario. super tecta pre-
dicatum est.
Interea regnante glo-
riosissimo rege anglorum hen-
rico secundo. quievit terra a
predonibus. pax et securi-
tas erat a latronibus. evi-
gilavit iusticia. restau-
rabantur sanctorum edificia.
Canticum et iubilatio au-
diebatur. in clero vox
gaudii et letitie. vox spon-
si et sponse. vox mole et
lucerne concrepabat in
choro. vox laudis et gratia-
rum actio in universo
populo. Puniebantur ho-
micide. tenebantur fu-
res. suspendebantur latro-
nes. trucidabantur rei.
pallebant perfidi. fugie-
bant conscii. eradicaban-
tur de terra criminosi. E-
gressa tamen a quibusdam
iniquitas. quo anglorum
terra indomita et gens
effrenis. nunquam pote-
rat ex toto piari et pur-
gari a latronibus. sed obsi-
debant exitus viarum et lustra
ferarum et condensa nemo-
rum. et transeuntes quos
intercipere poterant. aut
trucidabant. aut penis
affectos spoliabant. Inter
quos tam presbiteri quam al-
terius ordinis quod flens
dico inventi sunt. et gravius fe-
ro. ad nocendum alius illi
ferociores erant. qui ab la-
tis tunicis ab aliis et
pallia relinquere debuerunt.
Sicut enim difficile in-
veniuntur meliores. quam qui
in ecclesiis profecerunt. ita di-
ficile inveniuntur deteriores
quam qui in ecclesiis cecide-
runt. Captis ergo quibusdam
cum latronibus. qui se cle-
ricos esse fatebantur et or-
dinati erant licet crimi-